



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon Prussiae

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XXXVI. De Expugnatione Castri Sardewicz & inventione capitis B.
Barbarae Virginis & Martyris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. XXXVI.

De

Expugnatione Castri Sardewicz & in-
 ventione capitis B. Barbara Virginis &
 Martyris.

Nullus sanæ mentis cogi-
 tare vel audire posset
 quod fidei negotium in præ-
 dictis partibus sub innumeris
 expensis & angustiis ad DEI
 gloriam tam magnificè pro-
 motum. Si per unius tyran-
 ni malitiam ad talem interi-
 tum devenirent quin ad gra-
 vem Cordis perturbationem
 & compassionem debitam
 moverentur. Verum fratres
 his visis consternati mente
 elegerunt potius mori in bel-
 lo quam videre tot mala gen-
 tis suæ & sanctorum, ex quibus
 unus scilicet Fr. Th. de Bernheim
 antiquus Marschalcus totus
 magnanimus erat, nempe U-
 lisses in pectore nec manu
 minor Hectoris & fratres IV.
 & armigeri XXIV. noctis
 tempore in Vigilia B. Barbara
 Vir-

De Fratre Conrado Mag. V. Gene-
 rali Domus Teutonicor.

Frater Conradus Landgravius quondam
 Thuringie Magister V. Generalis Ordinis
 domus Teutonice obiit IX. Kal. Augusti.
 & sepultus est Maroburgk. Hic dum ad-
 huc esset secularis, civitatem Uritslaviam
 potenter expugnasset pro quodam Religio-
 nem scilicet ingredi, doluit & humiliavit se
 pro huiusmodi delicti satisfactione, sic
 quod nudis pedibus & Capite ante proces-
 sionem in dicta Civitate iret, & posuit se
 ante fores Ecclesie exhibens virgam, quam
 manu gestabat, populo, ut quislibet eum ad
 placitumerberaret; nullus tamen eum
 tetigit, præter unam Vetulam, quæ plures
 plagas dedit ei. Iste Frater Conradus per
 hunc modum conversus fuit ad Ordinem
 domus Teutonicorum. Quodam die fugiens
 frequentiam populi & strepitum populi
 causarum, cum Hartmanno de Helderun-
 ge & Theodorico de Graninghe & paucis
 de familia sua fecerit ad Castrum suum
 Deneburgk, ubi dum considerent super ve-
 nit quædam meretrix, quam alloquens
 Landgravius, ait: Unde venis? quæ re-
 spondit: Sedi in rubeto madida & frigida
 per diem, ad quam ille; Tu misera, plus
 pateris pro panis inferni, quam alius pro
 gaudio eterno. At illa respondit: Domi-
 ne nescio alium modum, per quem possim
 acquirere vitium meum; Cui Landgra-
 vius:

Conradus Landgr. Thuring. V. Magister Ord. Gen.
Poppo de Osterna II. Mag. in Prussia Provincialis.

Quis: Velles videre caste, si haberes neces-
saria vita; q̄o audito illa suspirans in-
genuit, & cum lacrymis ait: Ita Vere Do-
mine. Unde Landgravius miserans mi-
seriam animi ipsius, constituit ei certos
reditus quibus deberet quodammodo vivere
sustentari. Quo facto ipse omnia verba
inreparationis, quibus eam corripuit, con-
ferrebat, conferens eam in Corde suo, cogi-
tans quod magis sibi ipsi fuissent necessa-
ria, quam illi. Illa enim necessitate pau-
peritatis urgente peccavit: ipse ex rerum
affluentia delectatus Deum peccatis suis
contra se temere provocavit, & sic occupa-
tus totam noctem duxit insomnem. Mane
facto dum Hartmannum & Th. predictos
didicisset cogitatione simili occupatos, & vir-
cum eis nudis pedibus & sine lineis ad Ca-
pellam B. Nicolai in Gladbach requirens
ibi DEI consilium in hoc casu: Ubi et disci-
nitus fuit inspiratum, quod ipse cum pau-
cis de familia sua accessit ad Dominum
proprium & confessus fuit ei omnia pec-
cata sua, quae propterea injunxit ei, ut
susceperet Ordinis Domus Teutonice habi-
tum Regularem. Quo facto, in reditu fi-
liam Ducis Austriae sibi in conjugio obla-
tam, respuit, & sancto proposito inha-
rens, secretarius suus, quod gestum fuerat,
enarravit, ob reverentiam Dei & sui, di-
ctum Ordinem assumerent, quae omnes con-
senserunt ejus precibus inclinati. Interea
dum haec agerentur, quidam miles cum
multis armigeris terram dicti Landgravi
hostiliter depraedavit, & dum esset in re-
ditu accurrat ei famulus de Castro suo
nunciatus ei, quod Uxor ipsius eadem hora
fuisset periclitata in partu, & cum puero
mortuo exspirasset. Quo audito miles per-
turbatus consideravit, quod Deus ipsum
sic plagasset, pro eo, quod per hujusmodi
deprecationem sanctum propositum Domi-
ni

Virginis & Martyris accesserunt ad Castrum Sardevicz
Svantepolci & applicantes
scalas ad moenia intrantes
quia secretè invenerunt quin-
quaginta Viros ad ejus custo-
diam deputatos, Viros utique
robore fortes & in armis ex-
ercitatos quod fratres cum-
fuis XXIV. armigeris aggressi
sunt viriliter. (a) Illi ex op-
posito hostiliter se opponen-
tes fortiter defenderunt, nunc
istis nunc illis repressionem,
sustinentibus bellum durissi-
mum inter illos est ortum,
quod duravit ab ortu diei us-
que ad horam tertiam. Tan-
dem ipse DEUS qui sperantes
in se non dereliquit fratribus
opem & Victoriam de caelo
misit ut occisis omnibus praeter
paucos qui fugientes eva-
serunt mulieres (b) CL. ibi
captas cum parvulis legave-
runt. Quo facto invenerunt
in quodam Cellario cistam,
seu arcam & pixidem argen-
team in ea & in pixide erat ca-
put

put(e) B. Barbaræ Virginis & martyris, quo viso, proni ceciderunt in terram collaudantes DEUM tam gloriosi muneris inventione. Elevantes ergo has sanctas reliquias, cum magno gaudio cellarium exierunt quod cum videret quædam Matrona antiqva quæ cum aliis stetit ligata ait ad fratres. Nunc potestis gaudere & iuste debetis, quia meritis B. Barbaræ habetis quicquid honoris hodie estis consecuti, ad quam fratres: Quis tibi hæc indicavit aut quomodo potes hoc scire? Quæ respondit: Ego spirituali devotione semper dilexi S. Barbaram, unde hac nocte apparuit mihi tribus vicibus, succinctis vestibus, ac si parata esset ad ambulandum & ego dixi ad eam: Quo vadis S. Virgo? Quæ respondit: Ego volo ire ad Civitatem Colmensem & audire ibi Missam & dum tertio appareret mihi & diceret ad me Valeas dilecta mea, ego cecidi de strato meo & secuta fui

ni sui Landgravi solius retinere. Rediit ergo spoliis quibus abstulerat accessit ad Dominum suum, potens Veniam de commissis. Cui Landgravius: Quomodo stetit, audes in conspectu meo comparere? At ille: Confessus inquit, de solita benignitate gratia vestra ad Vos Veni, quæ contempni firmiter in Corde meo intrare Ordinem Domus Teutonice, sicut & Vos. De quibus Verbis Landgravius tantum exultavit, quod cum pauco interveniens in amplexu eius, omni delictum remisit. Hoc factum cum dicto milite & Hartmanno & Th. prænominatis & cum multis aliis militibus & nobilibus Senit ad Fratres Domus Teutonice Marchburg, ubi dum deberent consistere, & more consueto prostrati jacerent ante altare, & sacerdos post alias Orationes, alta Voce cantando inciperet: Alleluja. Veni Sancte Spiritus. Descendat Spiritus S. corporali specie sicut flamma ignis super ipsos & quanto magis quilibet ipso accessus fuit in dilectione DEI, tanto major flammam prædictam in conspectu omnium assantium apparebit. Hic Fr. Conradus Landgravius Magister adeo illuminatus fuit, a gratia Spiritus S. quod facta hominum secreta novit, Unde nullum vitio fornicationis reum circa se potuit sustinere, Quod quidam Abbas intelligens solvit examinare scita res se haberet, & ad ducens secum duos Judæos fornicatores decellit ad Magistrum, qui statim scitis famulis iussit eos recedere. Sed dum famuli præmissi verâ contritione & confessione redirent, Magister intuens eos ait: Obone Jesu, quam misericors & bonus tu es. Isti duo famuli prius fuerunt filii Diaboli, modo sunt filii DEI.

ipsam

*Conradus Landgr. Thur. V. Magister Ord. Generalis.
Poppo de Ostera II. Magister in Prussia Provincialis.*

ipsa disparuisset, vidi vos armatos in castro. Existis scio in dubitanter quod meritis & precibus ejus traditum est Vobis hoc Castrum, ut reliquias ipsius vobiscum ducatis in terram Prussiae ubi in majori quam hic reverentia habeantur. Post hæc Fr. Th. quibusdam fratribus & armigeris ad dicti Castri custodiam ordinatis, cum paucis reversus, has sanctas reliquias versus Colmen duxit ubi Clerus & populus cum solemni processione accurrens eas ad Ecclesiam portaverunt, & ad castrum antiquum posuerunt ubi usque in presentem diem propter crebra miracula quæ per eam Dominus operatur in veneratione assidua requiescunt.

ANIMADVERSIONES.

AD CAP. XXXVI.

- (a) Alii Præfidiarios arcis hujus dormivisse tradunt.
- (b) Chronicon Germanicum antiquum habet CCC.
- (c) Pater S. Barbaræ fuit Dioscorus, homo Græcus, cultui Deorum deditus, qui fillam suam Barbaram ob Christianismi professionem Marciano Præfidi tradidit. Is cum animum ejus blanditiis nequicquam tentasset, nervis eam bubulis cædit. Deinde ferreis ungulis dilaceratæ faces accensas admovet, tum caput malleolis pertundit, ac postremò ubera præcidit ferroque subjicit. Martyrii minister fuit ipse Pater teste Simeone Metaphraste *apud Laurent. Surium Tom. VI. d. 4. Decembr. Conf. Petr. de Natalibus lib. 1. cap. 25. idem habet Jeroschinus & alii.* De tempore Martyrii non una est sententia. Maximiano Imperante hoc contigisse, referunt citati Auctores: Baronius autem putat sub Maximino Thrace. Neque de loco Martyrii consentiunt omnes. Usuardus & Ado Viennensis in Martyrologiis ad 16. Decembris putant in Tuscia ipsam esse passam: Baronius verò ex aliis MSS. Nicomedia id factum esse scribit, cum quo etiam facit Chronicon Ordinis. Non desunt etiam, qui in Ægypto Heliopoli martyrium eam subiisse scribant, ut auctor est Baronius *ad 4. Decembr. in Martyrologio.* quod et-

R

ian

Conradus Landgr. Thur. V. Mag. Ordinis Gen.
 Poppo de Osterna II. Magister Prussia Provincialis.

iam ex nostris Scriptoribus habet Nicolaus Jeroschinus in Chron. fol. 52. fac. 2. col. 1. Majus adhuc dubium est, quia ratione caput hoc (Martinus Cromerus totum corpus intelligit lib. 8. pag. 544.) in Prussiam sit delatum. Waisselius dicit, Svventopelcum caput hoc à vicinis Christianis rapiisse, in Chron. pag. 65. Aliud Chronicon MS. caput hoc per Luderum Ducem Brunsvicensem Magistrum generalem in Prussiam fuisse allatum refert. Sed manifesto errore, Luderus enim centum ferme annis post inventum in Prussia caput hoc vixit. Error Auctoris hujus fluxit ex Jeroschino perperam intellecto, qui testatur Luderum, laudatum integrum de S. Barbaræ Vita & Martyrio Germanicis versibus conscripsisse librum, ad quem etiam Lectorem, quomodo hoc caput in Prussiam sit delatum scire volentem, ibidem remittit. Sed Liber ille forsitan injuriâ temporum jam intercidit. Extat tamen in Bibliotheca Electorali Regiomontana Codex antiquus maximam partem chartaceus, inter MSS. Lit. Ty. num. 125. In hoc fol. 70. & seqq. reperitur Vita B. Barbaræ. Adjuncta ei est Historica Narratio, de capite B. Barbaræ in Pomeraniam & Prussiam delato. Variæ autem ibidem adducuntur opinioniones. Prima sententia est, quosdam fuisse Peregrinos, qui in multis orbis Ecclesiis nec prece nec precio reliquias sanctorum obtinere poterant. Venisse hos tandem Romanam, ibique caput S. Barbaræ sibi monstratum furto sustulisse. Inde fugientes tempestate obortâ in littus Pomeranicum ejectos. Alii dicunt (ut in memorato Codice habetur) Ducem Pomeraniæ sacris Christianorum susceptis, hoc caput à Pontifice acceptum in Pomeraniam deportasse. Alii dicunt orta quadam in Dania inter Regem & Clerum dissensione, missum esse in Daniam à Pontifice Legatum, eumque ad Gedanensem urbem delatum, captum & reliquiis dictis exutum esse. Ad ultimum triennio elapso ab Episcopo Caminensi agnitum liberatumque; pro quo beneficio postmodum Episcopum Caminensem à Diocesi Archiepiscopali in perpetuum exemptum esse. Postremam hanc sententiam habent & alia Chronica MSS. addunt tamen nonnulla alia. Videlicet, Ericum VII. Regem Daniæ, adhuc adolescentem, Lutetiæ Parisiorum,

Conradus Landgr. Thur. V. Mag. Ord. Teut. Generalis.
 Poppo de Ostera II. Magister Prussia Provincialis.

rum, cum ibidem studiorum causa commoraretur, Senebaldus Genuensi familiariter usum esse. Hunc Senebaldum postea ad sedem Pontificalem euectum & Innocentium IV. vocatum, Erico jam Regi, caput hoc, per Cardinalem quendam misisse; Sed Cardinalem in Gothlandiam, ubi tum Rex commorabatur, vela facientem, naufragio facto in Pomeranicam oram eiectionem esse refert. Hinc capsula à Cruciferis in arce Sardeyvicz reperta hæc verba inscripta fuisse dicuntur: *Innocentius Pontifex Maximus Fratri ac Filio Ergerero (alii legunt Engeltiro) munusculum sacrum Divæ Virginis Barbara ut Regi Catholico transmisit.* Cont. & Henneb. in *Comment. ad Tab. Geogr. tit. Scharpenwiz.* Translatum est caput illud Culman maximam cum pompa, populoque canente:

Du (Preussen) bist gewiß an der süßen Barbara
 Das Sie dich nimmer will verlahn
 Sondern stets dich in Liebe han.
 D;arte Barbara nun bleib
 Bey uns / und vertreib
 Was du weist uns wieder seyn
 Durch die bittere Marter dein.

Ut habet Nic. Jeroschinus & Anonymus Chronici Antiqui circa Annum 1430. scripti Auctor.

Animadversiones ad Vitam Conradi Magistri generalis.

- (a) Hujus Magistri generalis tempore, nimirum Anno 1250. d. 20. Augusti Ludovicus IX. Rex Gallia insignia Ordinis Teutonici dicitur ornasse tribus liliis, quæ cruci aureæ solent addi, ut testis est Auctor Chronici Ordinis fol. 69.
- (b) Simon Grunovius de successione Magistrorum generalium prorsus ab his diversa tradit. Nam ex ipsius sententia electus est Hermannus de Saltza Anno 1210. obiit autem Anno 1221. Quo ipso anno convocatum est Venetias Collegium Equitum Ord. Teut. sive, ut vulgò vocant, Capitulum generale; ubi scissis in diversas partes Electorum studiis, ab altera parte electus est Ludovicus à Qveden:

Conradus Landgr. Thur. V. Mag. Ord. Teut. generalis.
Poppo de Osterna II. Mag. Prussiae Provincialis.

ab alterâ verò Henricus C. de Hoenloe. Caterum Henrico Treviris non ita longè post abrogatus est Magistratus, substitutusque Poppo de Osterna. In extremâ tandem senectâ rursus ad Henricum de Hohenloe devolutum est imperium. Defuncto posthac Ludovico de Queden, An. 1222. electus est Conradus Hassiæ Landgravius. Hæc Grunovius *Tract. 5. fol. 60. seq. Tract. 6. fol. 78. b. seq.* Addit Grunovius, à morte Hermannii de Balke Popenem de Osterna in Prussiam ab Henrico de Hohenloe Magistro missum esse. *Tract. VII. fol. 86.* Præter hæc est etiam in Bibliotheca Electorali Regiomontana Codex membranaceus Regulam & Consuetudines Ordinis continens, cui præfixi sunt Fasti Prussorum. In iis ad 14. Calend. April. Hermannus de Saltza dicitur IVtus Ordinis Teutonici Magister fuisse. Ast ad 10. Calend. Aug. Conradus Landgravius VItus Magister fuisse dicitur. Ex quo itidem palam fit, inter Hermannum & Conradum fuisse alium quempiam Magistrum, quem tamen Dusburgensis noster non agnoscit. Sed & alium adhuc Magistrum in supra memoratis Fastis invenias, nomine Henricum de Barc; ex numero tamen addito non fati liquet, utrum quintus an septimus fuerit Magister, de quo tamen in Historicis nostris altum est silentium. Augent difficultatem variorum Privilegiorum subscriptiones, ex quibus profus ab eo, quem nobis Dusburgensis noster textit, diversus constituendus esset Magistrorum, maximè Provincialium, ordo. Si quidem in Privilegio Culmenfi An. 1251. renovato, reperitur nomen Ludovici Provisoris Prussiae i. e. Magistri Provincialis, quem tamen Chronica, quæ omnium teruntur manibus, non agnoscunt. Habent quidem Schüzius aliique Dusburgensem secuti inter Magistros & Ludovicum de Baldersheim, sed eum demum An. 1265. (Schüzius habet An. 1269.) huic Provincia præfectum memorant. *Vide infra cap. 119.* Huc pertinet, quod An. 1246. Henricus ab Hohenloe Civitati Elbingensi primum Privilegium dedit, cum tamen apud Dusburgensem, Schüzium, Waisselium aliisque typis exscriptos ejus mentio fiat nulla. Ad ultimum, Dusburgensis ipse non videtur esse certus de Magistrorum, maximè Generalium, successione, annisque

*Conradus Landgr. Thur. V. Mag. Ord. Teut. generalis.
Poppo de Ostera II. Mag. Prussiae Provincialis.*

que cuique Magistrorum assignandis. Primos quippe illos, puta, Hermannum, Conradum, Popponem, aliosque, non nisi in Synchronismis, ut exteros recenset, non adjectis annis, quando vel electi, vel è vivis sublatis sint, quod certo nobis argumento esse potest, Ordinis Teutonici Fratres parùm de Successionibus Magistrorum generalium sollicitos fuisse. Hæc omnia sententiam Dusburgensis mirificè videntur confirmare. Quid hic nobis antehac visum sit, jam alibi exposuimus, quæ hic commemorare placet, quòd clarius pateat, quid nosmet ipsi jam in iis desideremus. Videlicet I. Chronologia Grunoviana prorsus est erronea. Falsum enim est, Hermannum de Saltza An. 1221. obiisse, cum Anno 1226. inter Conradum Masovia Ducem & Hermannum illum Pacta sint inita; idem etiam Hermannus An. 1233. Privilegium Culmense Prussis dederit. Sed condonabimus Grunovio Chronologicos errores, quos ipse deprecatur; Excusari tamen non potest II. quod Conrado Landgravio Popponem præposuerit, cum in confessio sit apud omnes, Popponem Conrado fuisse suffectum. III. Non videtur esse necessarium, ut inter Hermannum & Conradum alium quempiam interferamus Magistrum generalè cum Grunovio, cum manifesta satis indicia supersint, errorem hunc Grunovii ex Culmensi & Elbingensi Privilegiis non intellectis fluxisse. Legerat ille in subscriptione Culmensis Privilegii An. 1233. dati Ludovicum in Quidzin Provisorem, hinc suum Ludovicum de Qveden commentus est, cum tamen illud in Quidzin non sit nomen illius Fratris; sed locus, ubi Magistratu suo fungebatur. Quidzin enim in hunc usque diem vocatur à Polonis urbs Mariæverder. Neque ex Privilegio Elbingensi potest evidenter deduci, Henricum illum de Hohenloe Magistrum fuisse Ordinis Teutonici generalem. Quamquam enim ipse Privilegium Elbingensibus dedit, præsentem Magistro Provinciali Poppone de Ostera, nomenque suum inter testes subscribente; hoc tamen negotium illud nondum conficit. Fortassis enim tantum Vicesgerens Magistri generalis per Prussiam fuit. Neque hoc asserimus sine ratione. Habemus hujus conjecturæ non exiguum argumentum in ipsa subscriptione dicti Privilegii,

*Conradus Landgr. Thuring. V. Mag. Ord. General.
Poppo de Osterna II. Magister Prussia Provincialis.*

vilegii, quæ sic habet: FRATER HENRICUS de HOHENLOE
HOSPITALIS S. MARIAE TEUTONICORUM HIERUSA-
LEM MINISTER HUMILIS. At Magistri generales, nunquam,
quod sciam, hoc titulo sunt usi, sed semper se Magistros vocarunt.
Fuisse autem olim tales Vicesgerentes à Magistro generali non raro
in Prussiam missos, etiam si Magister Provincialis eam gubernaret,
probat non tantum exemplum Eberhardi de Seyne, qui Culmensi-
bus Privilegium A. 1251. renovavit, tamen eo tempore Ludovicus
quidam fuit Prussiae Provisor i. e. Magister Provincialis (ter enim ti-
tulus Provisoris Prussiae in ea significatione in Privilegio Culmensi
reperitur) sed etiam exemplo Friderici de Fochsberg, quem Prussiae
Regentem, tacentibus Chronicis aliis, iisdem ferè temporibus fuisse
Grunovius tradit *Tract. VII. fol. 86. a. fin.* Tales Vicesgerentes &
subsequutis temporibus non raro fuisse constitutos, infra in Disser-
tatione de Republ. Prussorum Veterum probabimus. In Fastis
etiam illis, quos supra citavimus, nomen Henrici de Bark effectum
esse videtur ex nomine Hermanni de Balk Magistri Provincialis,
agedò ut neque hinc Grunovio quicquam accedat præsidii. IV. Ex
dictis etiam liquidò constat, & in Dusburgio nostro non pauca ex
Historia antiqua desiderari. Omittit enim Ludovicum illum Pro-
visorem sive Magistrum Prussiae, qui subscripsit Privilegium Cul-
mense renovatum. Omittit insuper omnes alios Magistrorum ge-
neralium Vicesgerentes. Omittit denique annos, quibus primi illi
Magistri ad imperium sint admoti, quæ summæ confusioni occasio-
nem præbuere. Hæc alibi scripsimus, ita tamen, ut suo quem-
que abundare sensu permiserimus. Nunc nobismetipsis illud,
quod tertio loco de Henrico ab Hohenloe diximus, non probatur.
Quamquam enim hæc suâ non carent probabilitate, subverti tamen
facile possunt omnia, si sigillum Magistri hujus Privilegio Elbin-
gensi appensum inspiciamus. Illud enim sequentem habet in-
scriptionem: S. MAGISTRI HOSPITALIS S. MARIAE TEU-
TONICI. Ex quo apparet non Vicesgerentem illum sed Magi-
strum Ordinis Teutonici fuisse.

CAP.